

nō expellit frigus illarum partium [& præcipuè lienis, quam medici ponunt frigidam, Quod quidem arg. facile disuent boni Perip. respondentes pro Arist. sed non Marta, facilius autem ego pro Tele. dicendo, quod frigus in manibus non est constitutiuis animalis, sed externum est, & contrariū calori eius, cuius cupiens occupare sedem, quæ calori est constituta, ipsum cogit ad ima, & profundiora corporis, occupatq; tandem nisi calor roboretur quoquo pacto, vel quia fouetur à calore externo, quandoq; seipso per antiparitaliam, vel ex nutrimento sibi vires comparat, item sibi timens ne à frigore lædatur tendit ad Perimphasias cumq; eo pugnat, donec expellat, vt Tele. inquit. libr. 5. capi. 30. & 8. cap. 3. Italijsq; in locis, Sicq; sunt contraria in eodem subiecto, nō tamen eadem parte nisi dum actione alterū remissum est, quod dicit calor plus potest in mille, quam frigus, minus valet, animalia enim, & inferiora entia, quæ terram incolunt, non summo, qui possit statim tantum frigoris imminuere, sed per blando, & moderato sunt donata calore, vt Tele. innuit 1. mai. cap. 23. & explicauit satis in 5. libro, dum animalia, & planta 5. constituit. ad quæ Marta aciem ingenij figere non valuit.

Præterea si cælum a, potest calefacere terram b, & b frigefacere a, non minus a posset localiter mouere b localiter ad vnā differentiam positionis, quàm ipsum b mouere ad oppositam differentiam: quod est imp. quia sic idem moueretur motibus cōtrarijs secundum locum, v3 ad dextrum, & sinistrum, vel saltem posset moueri: quæ potentia dicit inordinationem in splendidissima curia. Nesciens quid dicat arguens multipliciter errat. petit enim principium dum dicit cælum mouere terram localiter, & non probat, quod assumptum est hē modò contra Tele. in 1. mai. cap. 1. sed etiam contra Arist. 3. phys. t. 51. 2. de cæl. tex. 19. & 1. cæl. t. 57. qui vbique terram immobilitate donat, sin autem solem partes aliquas localiter mouere, licet sit verum, partes enim test. & Peripate. omnis, in primis Auer. 1. de cæl. c. 57. mouentur localiter. cum enim in propriam calor terram materiā effecerit, vt in vapores, exalationes quæ sit versa, eam sursum eleuat, vt Arist. in 1. meta. habet. verum in materia superata sic nō remanet frigus quod calorem ducat deorsum, sed in terra quandoque desinet illum ne elabatur, ac opus eius. vnde falsum est quod moueat cælum frigus cum illa materia elata sit cælo quodam modo incorporata. verum si adhuc habet de crassitie materie, propter impotentiam quam ex ea crassitie habet ad motum, deorsum cadit, quæ cum calor est. nec ille est dicendus motus, sed impotentia ad motum, quæ materie competit. vt Tele. declarat in 1. mai. capi. 4. motus autem omnis quomodocumq; diuersus caloris est assignandus, nec dicit id inordinationem, vt pulchrè Tele. in 2. mai. cap. 13. & seq. & 1. min. cap. 24. diuersitate enim diuersarum dispositionum diuersi aduntur motus, ac operationes à calore. ideo non est in ordinatio in calore, quod si vult

maximè